

12/11
301

Rome, 12 sept. 1612. Bellarmin à l'archiprêtre d'Angleterre.

Admodum R^{de} Domine. Accepi literas R^{dae} D.V. non subscriptas nomine vestro, sed fidem habui sacerdoti illi, qui hic negocia vestra procurat. Et quidē literae datae sunt die tertia februarii, sed mihi post multos menses redditae snt, quae causa est, cur ego quoque serius respondere videar. Quod attimet ad libru Rogerii Widdrincthoni, ego anno superiore respondi, et non magno, imo pene nullo labore. Hoc etiā anno liber typis mandatus est, sed iustis de causis differtur promulgatio. Sed ex libro quē scripsi contra Gulielmū Barclaiū, facile potest colligi, quid ad libru Widdrincthoni responderi debeat, nisi quod Widdrincthonus verbosior est, et multa extra rē dicit, et mihi passim apertissime caluniatur, ac plurima imponit, quae ego nūqua cogitavi. Itaque magna mihi occasionem dedit orandi pro persequentibus, et caluniantibus me. Quod vero ad Episcopos apertinet, ego quide valde optandū semper existimavi, ut tandem aperiatur via aliqua, qua negociū istud ad felicem exitū perducatur. Quod reliquū est, gavisus sū valde, quod tantū virū ego aliquando auditore habuerim, precaborque Deū, ut labores vestros, quos maximos esse scio, gratia sua secūdet, donec dicat spiritus, ut requiescat à laboribus suis. Interim valeat admodum R^{da} D.V. mei memor in sanctis precibus suis. Romae die, 12 Septembris 1612

Admodum R^{dae} D.V.

Uti frater addictissimus

Robertus Card^{lis} Bellarminus.

25 Adr.: Admodum R^{do} D^{no}, D^{no} Georgio [Birckett] Archipresbytero Anglicae.
(cachet)

Stonyhurst MSS. "Roman letters" 1578-1619 n.90. Orig., autogr. sign.

Epist. famili. XCVI.

L le reste manu secr.